

*Ach Herr Gott thu nicht straffen mich
In deinem (Zorn), das bitt ich dich.
Erbarm dich mein, erzaig mir Gnad,
Das mir die Angst vnd forcht nit schadt. &c.*

Pfalms fingulis breve Argumen-
tum praefixit *Spengelius*, cujus ce-
terum nil reperi, quod feliciter
tentasset, quam hanc Paraphrasin,
in qua praeter voluntatem non
est, quod laudes.

CXLIV. VI F. 36.

440 Codex membraneus ital. Sec.
XVI. Folior. 26. 4. eleganter
exaratus, auroque distinctus hunc
praefert Titulum: *Le Lagrime
Penitentiali di Massimiliano II.
Imperadore Fortunatissimo; A imi-
tatione de' sette Salmi Penitentiali
di David Profeta; Scritte Da
don Germano Vecchi da Udine mo-
naco. Dicat Autor e Camaldulen-
sum Familia Rudolpho II. Imp.
hoc ingressu: Se il proprio di ue-
ri Religiosi è di piagner non sola-
mente i suoi, ma ancor gli altrui
peccati; non è da marauigliarsi,
se io stando Solitario fra i Colli*

*Lasso, ch' infermo et graue
Di mille colpe, in me tornando trouo
L'empio mio cor, che non bauendo scampo
Contra 'l furor, ch' io prouo
Del senso ogn' hor, sospira afflitto et paue. &c.*

Adhaerent ad calcem *M. Job.
Petri Fortis Veneti* Poemation
ejusdem cum praecedentibus ar-
gumenti, et Epistola *Bernardini
Tomitani* celebris Philosophi et
Medici Patavini ad *Job.* quendam

Euganei, ou' è sepolto il nostro
gentil Poeta *F. Petrarca* (Arqua-
ti scilicet, Veneta dialecto *Ar-
quà*, in ditione Patavina) *mi sia
mossa con mesti et compassioneuoli
accenti à piagner la infelicità della
miseria humana &c.* Bene; ve-
rum, quomodo ad *Maximilianum*
has lacrimas derivaverit, non fa-
tis adparet, nisi dicas animatum
a *Ludovico Colloredo*, ut offerret
Rudolpho; Hujus enim Viri judi-
cium se prius exquisivisse ait. Di-
catio data: *D' Arquà il primo dì
d' Agosto M. D. LXXVII.* Sub-
junctum Autoris ad Imp. Poema-
tion, alterum item et tertium in
laudem Operis accinente *Franc.
Melchiorio* et *Vinc. Justo*, omnia
Triâ ejus Generis, quod *Hetrusci
Sonetto* vocant. Est vero Opus
ipsum Paraphrasis VII. *Psalmo-
rum Poenitentialium* praefixo cui-
vis Argumento prosaico. En spe-
cimen Primi: *Canzon Prima.*

Martinengum, qua faventem cal-
culum *Paraphrasi* nostrae adjicit.
In eundem sensum scripsit ad *Vec-
chium Torq. Tassus*, quae literae
extant in Opp. *Florentiae* editor.
1724. T. V. p. 155. f. *Ora man-
do*

do a V. P. un sonetto sopra le lacrime penitenziali dell' Imperator Carlo; lequali ho lette e rilette, e lodate fra me stesso con molto piacere; e la prego, che lo faccia stampare con gli altri. Agitur itaque de impressione Operis, quae secuta est Venet. per Giacomo Simbeni 1574. 4. ut testis est Jac. M. Paitonus T. V. Bibliot. degl' Aut. Volgariz. p. 230. et iterum in Collect. Ramanziniana Veronae 1749. 12. ut notat Idem l. cit. p. 222. e cujus descriptione manifestum fit, errasse, cum Job. Mar. Crescimbenium della Volgar Poesia Vol. IV. L. 5. p. 227. tum Job. Ben. Mittarellum in Biblioth. Codd. Mss. S. Michael. prope Murian. col. 1183. distinguentes *Le Lagrime penitenziali di Carlo Imperatore*, et *i Versi in lingua Toscana sopra i sette Salmi penitenziali*, quae idem omnino sunt; secus enim, si res e Titulis pendeat, ego *le Lagrime penitenziali di Massimiliano II. tertium Vecchii* opus effecero. Esse porro idem sub diversis solum Inscriptionibus Opus evincit Epistola Bern. Tomitani supracit. quae et in *Lacrimis nostris Maximilianaeis*, et in fronte VII. *Psalms. Poenit.* in Collect. Ramanzinii hoc initio legitur: *Ho*

*Ja nest besoing Roy que nas ton pareil
Me soucier ne demander conseil &c.*

et post iteratas Psalmorum editiones legitur inter Opera omnia Nostri Tomis VI. a Lengleto Fresnojo sub nomine Gordoni de Denis Codd. mss. theol. Bibl. Palat.

letto più volte le Sette Canzoni del nostro Reuerendo D. Germano &c. Ut adeo tota confusio in ipsum recidat *Vecchium*, qui, ut *Paraphrasin* suam Imperatori commendaret, jam *Lacrimas Caroli*, jam *Lacrimas Maximiliani* commentus fit.

CXLV. VII. 9. 18.

Codex membraneus gall. Sec. 566 XVI. Folior. 50. 4. nitidissime exaratus, auro coloribusque illustris, et, ut Insignia *Caes. Austriaca* praevia declarant, *Ferdinandi I. Καμηλιου*, inscribitur: *Trente Pseaulmes de David mis en françoys selon la verite hebraicque par Clement Marot valet de chambre du Roy.* Sunt vero Psalmi, quorum hic habetur Versio, XV. primi, et deinceps XIX. XXII. XXIV. XXXII. XXXVII. XXXVIII. LI. CIII. CIV. CXIII. CXIV. CXV. CXXX. CXXXVII. et CXLIV. ii scilicet, quos *Ferraria* redux *Marotus* a *Fr. Vatablo* hebraice doctissimo adjutus traduxerat, aliis XX. deinceps *Genevae*, quo profugerat, adjectis. Psalmos praeit Epistola nuncupatoria ad Regem suum *Franciscum I.* quae infit:

Percel Hague Com. 1731. 8. procurata T. IV. p. 198. quam Editionem, cum non uno nomine accuset Niceronus in Mem. Hom. illustr.